



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

2. An successor revocare possit exemptionem à prædecessore concessam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QUESTIO II.

An successor revocare possit Exemptionem à prædecessore concessam?

SVMMARIVM.

- 1. Successor an teneatur servare factum prædecessoris, § n. 4.
- 2. Papa Papam ligare non potest.
- 3. Decet successorem stare decretis & constitutionibus suis prædecessoris.

Quæstionis hujus decisiō pendet ex eis, quæ Doctores studiosissimè commentantur, dum inquirunt, an successor teneatur servare factum prædecessoris. *Bald. l. qui se patri col. pen. C. unde liberi § conf. 276. Rex Roman. lib. 3. Abb. in summa 3. q. 1. principali dubio §. glo. & DD. c. fin. in Pralati Restaur. tract. de impe. q. 114. per tot. Abb. in conf. 41. col. 1. l. 1. Ferrar. in form. oppon. contra instrum. §. alius n. 2. Paucis Papam posse revocare Exemptiones, libertates, privilegia à suis antecessoribus concessa, non est qui dubitet. *Abb. d. conf. 41. DD. infra allegati ad d. qu. 3.**

Ratio est, quia quemadmodum sibi manus ligare non potest, ut præcedenti quæstione dictum est, ita etiam nec Papa Papam ligare potest. *c. fin. cum glo. de rescript. in 6. cap. in motu. de elect. glo. finalis c. fin. de sent. excom. in 6. Navarr. conf. 2. n. 9. qui filii sunt legitimi par. 2. ubi late.* Hæcque indubitata sunt adjecto sensu & auctoritatibus præcedentis quæstionis, quibus addo, quod licet revocare possit, non tamen teste *Ro-* ³ *mand* & aliis facile adducitur ut id faciat, decet enim successorem stare decretis sui antecessoris, imo sibi ipsi (inquit idem) injuriam facit, cum sanctiones prædecessoris sui abrogat. *late Rom. conf. 326. n. 4 per pulchrum textum c. si ea, 25. quæst. 2. ca. quod vero 25. q. 2. ca. in institutionis eod. ca. justitia 25. qu. 1. Boer. de potest. legati à latere n. 55. & seq.* Hæc occasione alia possunt adferri, qualia an officium alicui concessum possit per successorem revocari. ⁴ *Quid si concessio antecessoris fuerit irrationabilis? Quid si facta initio creationis? quid si sit realis, personalis, aut tendens in præjudicium imperii? Item an successor teneatur stare contractui, aut etiam solutioni anticipatæ per prædecessorem, quæ omnia fuscè tum à Restauro, tum ab aliis supra citatis disquiruntur, & præter eos alibi etiam à Doctoribus ca. 2. de precario l. quamvis ubi*

DD. ff. de reb. eorum. Abb. in sua disputat. Sempronius Clerici 5. quæst. Redoanus late tract. de rebus Ecclesie non alienandis.

Hb 3

QVÆ.